



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

8. An sit licita emptio mansipiorum Æthiopum fiere solita ab aliquibus in  
Angola, Guinea, & Viridi Promontorio? Et docetur posse Parentes in  
necessitate constitutos filios vendere. Imo posse quemquam ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Quacumque autem illarum sex conditionum defi-  
ciente, venditio est nulla, concediturque vendito  
proclamatio ad libertatem. Hæc omnia constant ex  
l. 1. & 4. ff. quibus ad libertat. proclamare non li-  
cerat, l. liberis. ff. de liber. caus. l. non ideo, l. si mi-  
seritatem, c. eod. tit. l. & seruorum. & l. homo liber.  
ff. de statu homin. ex §. penul. inst. de statu hominum,  
notat Gloffl ibi, & cum ea D. Antoninus. 3. part.  
tit. 3. §. 5. Syluefer, & Angel. verb. servitus, &  
Doctores communiter. Illud verò obseruandum est,  
ius hoc solum habere vim, vbi ius Cælareum vim  
habet. Quin & leges illæ solum videtur loqui de li-  
beris hominibus, qui cum legibus illis sint subiecti,  
permittunt seipso vendi aliis hominibus, qui eidem  
legibus adstringantur, vt satis innuit. l. non ideo, c.  
di liber. causa. Quod fit, vt si aliquis eiusmodi legi-  
bus subiectus, se ipsum sine illis conditionibus li-  
berè vendat in loco, vbi leges illæ non vigent, ven-  
ditio sit valida: eo quod iure naturali disponere pos-  
sit de sua libertate, volentique & contentienti non  
sunt iniuriae. Efficitur deinde, vt si aliquis legibus qui-  
dem illis subiectus, sine illis conditionibus, emat  
aliquem in seruorum, attamen in loco vbi leges illæ non  
vigent, vt Æthiopem in Æthiopia, validus sit con-  
tractus, vereque illi, qui emptus est, seruus redi-  
tatur. Efficitur præterea, vt si homo legibus illis non  
subiectus, se ipsum sine illis conditionibus vendat in  
loco, vbi huiusmodi leges vigent, emptio sit vali-  
da: eo quod leges illæ solum in favorem libertatis  
eorum, qui illis subiiciuntur, latas fuerint. Et hec  
omnia docet Molina tom. 1. tractat. 2. disp. 3. 3. Mal-  
derus de iust. tr. 1. cap. 5. dub. 2. & Hurtadus de iust.  
tract. 1. difficult. 21. Leffius lib. 2. cap. 5. dub. 4.  
num. 16. Sanchez in Opus. tom. 1. lib. 1. cap. 1.  
dub. 3. num. 2. Eminentissimus Cardinalis de Lugo  
de iust. tom. 1. disp. 6. sect. 2. num. 13. Caspensis  
in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 18. disp. 5. sect. 1.  
num. 3. & 4. Megala in p. 2. lib. 2. cap. 19. 5. 5.

2. Non dereram tamen hic adnotare Sayrum in  
Clau Regia lib. 9. cap. 9. num. 16. & Trullench. in  
Decalogum tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 6. ob-  
seruare, sextam conditionem superius positam vide-  
licet, vt qui seruum emit arbitretur illum esse seru-  
um non reperiit in iure: Et ideo non esse necessaria-  
riam; quod etiam docet Fagundez de iust. lib. 2.  
c. 1. n. 9.

3. Sed curiosa Quæstio est, & dubia, an licet  
emere eum, qui se egestatis causa vendidit: nam ad  
graem, vel extremam inopiam redacto gratis, &  
liberaliter lege charitatis cogimur subuenire Nauar.  
in Man. c. 23. num. 65. respondet id nobis licere  
facere, quoniam non compellimus lege misericordia  
gratis succurrere, suffici enim mutuo pecuniam da-  
re, ac proinde etiam preio dato operas hominis in-  
digenit aducere. Sed certè distinguendum est: aut  
is qui indiget, nihil hic, aut alibi habet, aut secus.  
Rufus, aut nihil nunc habet, at reuera habebit  
postea. Si igitur ita simpliciter indiget, vt nihil alibi  
hibeat, nec postea si habiturus, liberaliter est eius  
egressa sublevanda, non preio libertas emenda: Si  
autem alibi habeat, aut postea habiturus sit, licet  
nobis vel mutuum aliquid dare, vel eius operas  
mercede conducere, vel preio libertatem eius emen-  
do redimere. Pari ratione cuique licet seipsum vendere  
causa egestatis, qua parens laborat; item; vt Prin-  
cipem preio redimat. Et hac docet Azorius part. 2.  
lib. 2. c. 31. q. 2.

## RESOL. VIII.

An sit licita empio mancipiorum Æthiopum fieri so-

lita ab aliquibus in Angola, Guinea, & Viridi  
Promontorio?  
Et docetur posse Parentes in necessitate constitutos fi-  
lios vendere.  
Imo posse querquam se ipsum vendere in eadem gravi  
necessitate constitutum. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 71. alias 70.

§. 1. A Firmatuvam sententiam tenet Molina de  
Iust. tom. 1. tr. alt. 2. disp. 34. per totam.  
Caspensis in Cursu Theol. tomo 2. tract. 2. disp. 5.  
sect. 1. num. 11. & Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 4.  
cap. 12. num. 13. qui huiusmodi mancipia, ait ille,  
aut emunt bona fide, aut mala, aut cum dubio illius.  
Si emunt bona fide, licetè emi, si vero mala, aut  
cum prædicta dubitatione, quod iuste captiui sint, il-  
licitè planè emi, & teneri emptores ad eos restitu-  
endos, & dimittendos amissi etiam preio, quia huic  
fortuna ales se exposuerunt, quando cum mala fide;  
vel cum eodem dubio emerunt; sicut ille, qui rem  
alienam, & futuram emit, aut de qua probabiliter  
dubit etiam futuram, velit nolit, tenetur eam resti-  
tuere, quia ad id se expoſuit, quando sub eodem  
dubio, emi, iuxta communem omnium doctrinam  
de qua infra agemus,

2: Si vero à principio bona fide, & absque dubio  
emerunt, & postea subiit dubietas, in eo dubio me-  
lior est conditio possidentis, maximè quia quilibet  
vendor præsumit bonus, & vendere quod suum  
est, quare si à principio quando aliquis mercator eos  
seruos in Angola, aut Guinea emit, nullus erat rumor,  
nulla præsumptio, quod illi iniuste essent in seruatu-  
ment redacti, vt venderentur, melior est conditio illius  
cum sit possidens.

3. Quando autem rumor est in iis Regionibus  
communiter aperitus, multos in nundinas ad venditio-  
nem afferti, qui sunt furio ablati; vel quando in euen-  
tu aliquo peculiari indicia aliqua probabili concurrunt:  
quibus mēritò timendum sit eos fuisse iniuste captos.  
illicitum planè est eos emere, nisi facta prius diligenti  
inquisitione constet liquido eos iuste veniri posse, &  
qui ita emunt, tenentur illos dimittere.

4. Deinde ubi supra Fagundez obseruat in Gui-  
nea, & Angola esse aliquos dominos temporales Æ-  
thiopes, & Nigritas, Sobas vocant, qui habent cer-  
tos Nigritarum pagos à tempore immemoriali instar  
pecorum, aut vaccarum, aut bovin caularum, ex quibus  
ad libitum ad venditionem extrahunt, quos volunt,  
& quando volunt de his quidem qui istis caulis alun-  
tur, & qui ex illis vendentur, certum est nullum posse  
esse iustum, scrupulum in tali eorum empitione, vel  
quia ab initio filios suos huiusmodi Sobis, ac Regu-  
lis in virgenti aliqua necessitate venderunt, & postea  
ita multiplicarunt, ut in pagulos diuidenterunt, vel quia  
in bello iusto capti fuerunt, & vita eis fuit relata sub  
misera conditione seruatus, unde si hac ita sint, de  
his nulla potest esse iusta dubitatio, quod iuste, & si  
ne scrupulo vendantur & emanunt.

5. Deinde sciendum est posse parentes in gravi  
necessitate constitutos filios vendere, vt passim affir-  
mant Doctores, & ex iure probant, & præsertim Mol-  
ina, tomo 1. de iust. tota disp. 33. §. 3. teria conclu-  
sio, & deinceps, imo posse quemquam seipsum ven-  
dere in eadem gravi necessitate constitutum, manife-  
stum est, vt idem docet Molina ibid. & ideo in mul-  
tis Indiæ, & Angolæ locis, in quibus saep fames di-  
rè admodum graffatur, & miseris premit incolas, fas  
est emere filios Infidelium, annona, vel pecunia, &  
parentes etiam illorum, qui se volunt vendere in ser-  
uos, in huiusmodi miseriis constitutos, vt docebat probat  
Molina allegatus. Nefas autem est denegare illis an-  
nonam si iustum pretium pro illa offerant, vt sic co-  
nguntur libertatem vendere; si tamen unus libertarem  
offerat,

Sup. hoc late  
in Ref. seq.  
&c.

Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ta §. vlt.

offerat, & alius pretium, nec vtrique possit subuenire, fas tibi erit illum praeponere, qui pretium iustum pro annona tibi ostendit, ei qui libertatem pro ea offert. vt docte animaduertit Molina d. tom. 1. de inst. disp. 33. §. tertia conclusio, & de emptione, & venditione huiusmodi nulla etiam esse potest dubitatio, quod sit iusta, modo iustum pro ea pretium offeratur, & detur.

6. Sunt etiam, ut dixi alij duo modi captiuitatis inducenda, vel cum vpus Nigritarum Rex aduersus alium iustum bellum habet, & multos captiuos illorum in quibus morte cum vita cōmutauit sub cōditione seruitutis, vel cum Rex iuxta leges suas ob delicta aliqua supplicio mortis digna eos in captiuos accipit, ut vendat, ne occidat & de his processus doctrina tradita n. 15. vers. se verò, & n. 16. nam si rumor erat communiter per eas regiones sparsus bellum fuisse iniustū, aut illos falsis criminibus impositis captiuos à Rego suo fuisse factos, & id tempore venditionis in communi hominum opinione erat, tunc etiam diximus, licet enim non possumus, & tenentur emptores eos dimittere, quia velint nolint ad id sese expulerunt, quando eum eo dubio, & eo rumore emerunt. Et haec omnia obseruat Fagundez, ubi supra.

7. Verū his non obstantibus, emptionem supradictorum mancipiorum ferē semper tanquam illicitam damnat Mercado de contr. lib. 5. c. 15. Garsias de Conr. par. 1. c. 17. Palacius de Controv. lib. 2. cap. 8. & alij. Sed quando casus in facti contingencia occurserit, ne deserteret recognoscere Sanchez in Opus. tom. 1. lib. 1. c. 1. dub. 4. n. 10. & seq. cum Trullench in Decalog. tom. 3. lib. 7. cap. 2. dub. 8. n. 10.

### R E S O L . I X.

*An Pater, aut Mater in necessitate constituti possint vendere filium, aut permittare, vel alio quocumque contractu filium alienare?*

*Et quid, si filius sit coniugatus, emancipatus, sacrī Ordinibus initiatus, aut Clericus?*

*Et virum, si occurat equalis Patri necessitas cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, ut si inservit, sit redigendus, aut occidendum, vel mutillandus, nisi filium vendat, fas sit Patri filium vendere?*

*Et an in supradictis casibus, deveniente postea Paire in pinguiorem fortunam cogi possit, ut filium, quem ita vendidit, redimat?* Ex p. 7. tr. 7. Ref. 8.

Sup. hoc. in §. 1. Respondeo affirmatiōē cum Hurtado de inst. Ref. praeceps. 1. diff. 2. & alii. Dico igitur quod iure naturæ fas esset parentibus in graui sua necessitate filios vendere. Id quod ex Exodi 21. etiam colligitur. Cūm verò quondam referente Couar. 3. var. resol. cap. 14. n. 4. lege Romuli licitum esset patriis tenueretur filios, si casu lemeli, atque iterum manumitteretur, idque etiam nulla parentes cogente nec statite posse tamen iure Cæsareo. l. 1. & 2. C. de patribus, qui filios suos disfraxerunt, sanctum est, vt non nisi nimia paupertate, & egestate parentes cogente, id licet, aliquin sit alienatio nulla. Præterea, vt quotiescumque emptori iustum pretium offeratur pro filio, cum filia ita venditis, aut æquale aliud mancipium, is, qui ita fuit venditus, non solum maneat liber, sed etiam fiat ingenuus, ac si nunquam in servitutem incidisset. Quod de venditione dicitur, intelligerem etiam de permutatione, aut quo cumque alio contractu quo filius alienaretur, vt grauissimæ patris necessitatibz subvenirentur. Merito autem Conarr. loco citato, cum multis aliis, quos citat affirmat, deveniente postea patre ad pingue fortunam, cogi posse, ut filium quem ita vendidit, redimat. Facultas autem illa, filios in graui pa-

rentum necessitate vendendi, intelligatur, interdum filij sub patria sunt potestate; fas vero filii sub iuri, parentibus non licet, ut ait Gloss. leg. 2. Cod. de part. qui filios suos disfraxerint, & habetur l. 3. n. 17. part. 3. legum Castella. Affirmatque Arias Pinellus, ad rub. Cod. de bon. mater. part. 2. num. 23. Imo si filii egestate coniugatus, esto de iure communī non mendicari, egredere ut patriam potestatem, ut de huic Regul. & Castella iure egreditur, vendi non possit; quia id cōderet in detrimentum vxoris, ne que etiam hodie potest pater vendere filium ordinibus sacris initiatus. Couar. loco citato, ait: esto ordo facer eum non campestris, à patria potestatem. Præterea, qui filius de iure Cæsareo non est sub matris potestate, de eodem iure vendi non potest à matre, ut affirmat Gloss. citata, & cum ea Arias Pinellus loco citato, Dubium est, vrum si occurrat æqualis patris necessitas, cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, ut si in servitutem sit redigendus, aut occidendum, vel mutillandus, nisi filium vendas, fas sit Patri filium vendere. Glossa citata, quam Couar. loco citato, & alij sequuntur, negat, quoniam iniquius, l. 2. citata, solum concepit factum in calvini nimia paupertatis, & egestatis. Plaut. tamē magis sententia Pinelli loco citato num. 27. contrarium affirmantis. Ea namque lex per epichorum causas, in quibus par, aut maior est ratio, extendendebz, quoniam si ciuili modi eventus legi flotior non occurrit, illos procul dubio expressifuerit. Illud admonebit, legem secundam citatam, solum habere vim in locis, in quibus ius Cæsareum vigeat, ut de precedebz dicebamus. Quare, & in Aethiopia, & in aliis simili locis, standum est iuri naturali, nisi forte eo in loco aliquod peculiare sit ea in parte. Quo sit, ut in eisibus, in quibus iure naturali fas est pati, aut manu propter egestatem, aut aliam similem causam, filium vendere, si venditio fiat in loco ubi nullum est peccare ius, venditio sit valida; venditusque maneat rē feras. Neque vero illo privilio fungi potest, scilicet redditio prelio competenti, aut mancipiæ æquali, restituatur libertati, sicut ingenio, & quod lex illa in fauorem libertatis eorum, qui legi illi libere sunt, sit latæ. Idem dic, si in eodem loco venditatio aliiquis, qui extra illum locum subiectus est in Cæsareo, ut si aliquis nostrum apud Aethiopias, restituit compulsius suum illis filium vendat. Et hoc omnia docet etiam Molina de iust. tom. 1. tral. 3. diff. 33. cui ego addo Fagundez de iust. lib. 1. cap. 1. num. 9. vbi sic ait: Nota Pinellus ad rubri. Cod. de bonis maternis, 22. à num. 20. communem esse literistarum opinionem, quam ipse etiam legiuit, in tali casu maxima necessitas, solum Patri, \* non matrem, miti venditionem prolis proper imbecillitatem amitti, & consilij inopiam, quæ in feminis reperiuntur, & quod Pater diligat problem constantius, nam vero intensius: de iure tamē nature etiam matrem petit prædicta venditio filiorum: nota etiam num. 3. vñanimator sentire Doctores l. 1. lib. 2. Cod. de Patribus, qui filios suos disfraxerunt, non procedere, quod ad filios iam emancipatos, sed tantum quod existentibus sub patria potestate, quæ moderatio stando etiam in iure naturæ, videtur habere locum. Nota etiam num. 27. licet in dicta legi solum exprimatur calvini nimia famis, & egestatis, si tamen detur alia similes, aut grauiores necessitas, v. g. si Pater sit ab hostibus in territute abducendus, aut occidendum, vel mutillandus, nisi vendito filio, vel filia le redimat, extendendam esse legis permissionem ad heuificio eventus in quibus pat, vel maior ratio militat. Ratio est, quia hoc non est peccata, quæ restringi debet, sed est aquæ naturalis, quæ filij devente iure naturæ, tenentur siccari parentibus à quibus totum eis, & substantiam accepereunt.